Actum in Castro Praemisliensi feria Secunda post Dominica[m]

Conductus Paschae proxima Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Tertio Coram Generoso Alberto Latosinskij Gladifero [illegible] Capitaneo Ca[strensi] [illegible] Offi[cii] Iudice Dobrogostio [illegible] Notario Castrensi Praemisliensi Officio et Actis praesentibus

18/IV.

Srzedniczkij cedit Kropiwniczkij

Stans personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Praemisliensibus Nobilis Michael Srzedniczkij [illegible] [illegible]

[illegible]

suorum successorum sub amissione totius causae vigore literarum praefatarum damnorumque terrestrium quibus solet et eiusdem Inscriptionis praesentis et omnibus in ea contentis satisfacere ac suis successoribus liberare tenebitur, quominus praesenti ulla exceptione Terrestri in contrarium obstante.

Kropimniczkij cedit Opaczkij

Stans personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis Andreas Kropimniczky in Terra districtuque Sanocensi bonis quibusvis propriis ac foro competenti renuncians, Iuri subijciens Castrensis Premisliensis Iurisdictioni, se ac successores bonaque sua omnia quo ad actum et effectum praesentis Inscriptionis attinet incorporans et subijciens, sanus mente et corpore existens, suaque sponte, palam et expresse recognovit, Quia cum Inscriptione Terrestri Premisliensi donatoria ipsi per Nobilem Nicolaum Kropimniczkij super tota et integra sorte sua in villa Kropimniki existentem in perpetuum et irrevocabiliter donatio facta, de qua Inscriptione ipse Andreas Nobili Michaeli Brzezniczkij cesserat, etiam tamen per eundem Brzezniczkij eidem Andreae reiterato est condescensum ac coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus recognitum cum omnibus eiusdem Inscriptionis conditionibus, punctis, clausulis et articulis, satisfactione, Tuitione, Evictione totoque beneficio et vigore eiusdem Inscriptionis nihil ibidem sibi et successoribus suis in eis de iure et proprietate in ipsa Inscriptione reservando, ex nunc Nobili Andreae Antoniewicz Opaczkij in villa Opaka sita, et tenutae Regiae ad Capitaneatum Samboriensem pertinentis, tenutae Magnifici Stanislai Herborth de Fulstin Castellani Leopoliensis Capitanei Samboriensis, advocato seu sculteto, eiusque successoribus cedit et condescendit omneque et integrum ius suum quodcunque ipsum ex vi Inscriptionis praedictae donatoriae

spectare ac concernere videtur, super eundem Andream Opaczkij et eius posteros transfundit et incorporat perpetuis ac aeternis temporibus, ac bona in ipsa Inscriptione specificata ipsi Opaczkij et eius posteris dat, donat perpetue et in eum dat et advocat eique idem ex nunc coram officio praesenti in bona praefata praesentibus condescendit realem, Intromissionem actualem ac pacificam possessionem per ministerialem palatinatus Russiae, quem cunque ab officio praesenti ad id acceperit, iuxta formam iuris capiendi, et in bonis eisdem conquetur datum et admissum esse inscribit, sub damnis terrestribus ad simplicem verbi assertionem sine corporali iuramento taxandis. Praeterea se ac successores ac super bonis suis omnibus obligat et inscribit praesentem Inscriptionem ex his actis Castrensibus ad acta Terrestria Premisliensia ante decursum omnium annorum transferre et transportare. Et circa transportationem Inscriptionis praesentis Nobilem Famatam Consortem suam Ultimam cum duobus amicis suis de linea paterna proximioribus ad consensum super Inscriptionem praesentem quo ad omnia sua ipsius reformatoria et advitalitia aliaque quaevis omnia eam in dictis bonis quovis modo spectantia et concernentia ad easdem acta Terrestria Premisliensia adducere et statuere sub similibus damnis Terrestribus ad simplicem verbi assertionem sine corporali iuramento taxandis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus expensis quacunque re et causa, summa et summis quovis se praenominatus Andreas Kropimniczkij cum successoribus suis praefatus Andreas Opaczkij aut eius posteros citare quaesiverit totius renuncians ab omni suo proprio foro et competenti coram praesenti Castrensi Premisliensi officio cuius castri praedicti respectu cum successoribus bonisque omnibus se subijcit et incorporat semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere